ceniana nuper edita in felici studio Lipczensi (Magdeburg, 27. September 1499). Und als Pistoris am 3. Januar 1500 mit einer in ziemlich gemäſsigtem Tone gehaltenen Declaratio defensiva cuiusdam positionis de malo Franco nuper per Doctorem Symonem Pistoris disputatae replizierte, da blieb er zwar wiederum die Antwort nicht schuldig (Castigationes in alabandicas declarationes d. S. Pistoris nuper editae in felici gymnasio Lipczensi anno 1500), erbot sich aber auch noch vorher, unmittelbar nach dem Erscheinen der Declaratio des Pistoris, in einer Kundgebung an die Leipziger Studenten, sich „in publico auditorio" zu verantworten. Ein Exemplar des bisher unbekannten Einblattquartdruckes, auf dem Polich diese Disputation ankündigt, hat sich in dem Sammelbande XXIV, VII, 24 der Zwickauer Ratsschulbibliothek erhalten.

Martinus Mellerstat toti academie Lipsensi S. D. P.

Etsi, prestantissimi viri, pluribus annis in hoc sacro et celeberrimo gymnasio me publice bonas artes docuisse meque labore meo multis (quod hodie et ingenij et disciplinarum merito plurimi facitis) profuisse adeo notum est, ut res probatione non egeat, Mihi tamen liuor edax (cuius nocentissimum constat esse venenum) minime pepercit. Nam cum oculo irretorto atque directo famam meam bonam videre non posset, limo ac transuerso inspiciens viam quesiuit, qua nomini meo maculam generaret. quod vt facillime citoque pateat, breui sic habeatis: opusculum superioribus diebus excudi, quo iusta causa compulsus Simonem pistoris Nicholai Leoniceni carptorem in multis errauisse monstraui. Non tamen maledictis, sed litteris adversus ea, que non recte dicta sunt, contendi. Ipse vero in maxima rerum caligine versans adhuc perstat in erroribus antiquis. Et modestiam transgressus calamo nimis indulget. Tanto igitur pertinatia, tot conuicijs et verbis iniuriosis (que omnia ad animum reuoco) lacessitus, quo me animum ad defensionem honoris mei et scriptorum meorum firmum, stabilem inconcussumque habere cognoscatis, paratissimum me exhibeo ad ostendendum in publico auditorio coram excellentijs vestris, quacunque hora placuerit, eiusdem Simonis pistoris tristem ignorantiam grauiterque errata, vt aperte omnes vel mediocriter docti intelligant me Nicholaum Leonicenum (nunquam satis laudatum virum) rationabiliter defendisse et, quecunque contra me per Simonem pistoris dictata sunt, ficta et falsa esse nec vnquam probabilia. Ex edibus nostris.

Heinrich Rybischs Disceptatio, an uxor sit ducenda.

Über die quodlibetarischen Disputationen, jene feierlichen, gewöhnlich mehrere Tage dauernden Akte an den deutschen Universitäten, und die bis zum Schlusse des 16. Jahrhunderts bestehende Sitte, auch scherzhafte Themata dabei zu behandeln, hat zuerst Friedrich Zarncke Licht verbreitet[1]).

[1]) Die deutschen Universitäten im Mittelalter I (Leipzig 1857), 232 ff.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden